

176.

1. Hap

ne

2. Ho

sh

3. K
f

1764

1. C
an
s

2. Ha

n

cia

3. Hap

4. Hap

Ro



Pra. 25. num. 11.

8.
60.
**DE
O D I O
REVISIONIS CAMERALIS
S V B L A T O**

AD

Capitulat. noviss. Art. XVII. §. 2. pr.

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

P R A E S I D E
VIRO ILLVSTRI atque EXCELLENTISSIMO

**GODOFREDO DANIEL
HOFFMANN**

ICTO

MAGNIFICO VNIVERSITATIS H. T. RECTORE

PATRONO SVO VENERANDO

PRO LICENTIA

SVMMOS IN IVRE HONORES RITE CAPESSENDI

DIE *AVGVSTI MDCCXLVIL*

DISPV TABIT

A V C T O R

IO. ADAMVS CHRISTOPH. KOELLE

SVPREMI DICASTERII WVRTEMBERGICI ADVOCATVS

TVBINGAE LITTERIS FVESIANIS





60.

Caput I.

Notio & descriptio remedii revisionis contra
sententias camerales.

Remedium REVISIONIS actorum, quatenus illud contra sententias in *celerrimo CAMERAE Imperialis iudicio latas interponi* potest, describitur, quod sit provocatio ad iudicium revisorum, legibus publicis constitutum, qua petitur, ut examinatis denuo actis, sententia gravans a camerali iudicio lata reformatetur. Est hæc revisionis descriptio ea, quam *Cel.* atque *Exc.* D. D. FRID. WILH. TAFINGER, patronus atque præceptor meus colendissimus, in *institutionibus iurisprudentiae cameralis*, sett. IIII. Tit. VI. §. 1043. pag. 872. tradidit, quamque pra alii multis, nec tamen adeo diversis, adoptarunt suamque fecerunt, qui interea de illa scripsere, IUSTUS CHRISTIANUS LUDOVICUS de SCHELLWITZ de *remedio revisionis ex legibus imperii & praxi camerae imperialis præprimis recentiori dilucidato*, *Göttinge* 1760. ed. §. 2. p. 2. & WILHELMUS CHRISTIANUS ROTBERG in *Themate inaugurali de iusta revisionis sententiarum cameralium restrictione in aliquot Theses redacto*, *Gifff 1766. ed. §. 6. nota b)* pag. 5. Adhuc novior nec silentio mihi prætereunda est illa definitio, quam perillustris IOANNES ULRIGUS L. B. de CRAMER in

A

III.

III. Parte Systematis processus imperii seu supremorum augustissimum tribunalium, superiori demum anno edita, sēc. IV. tit. 3. §. 1512. pag. 428. sic proposuit. „Revisio istud remedium iuris dicitur, quo per sententiam cameralem gravatus acta priora a Cæsare & Imperio denuo inspici & gravamen errore iuris vel erronea eius applicatione illatum, reparari petit, sicuti in sequenti mox §. eodem prorsus modo illam quoque supplicationem definitivit, quam demum Instrumentum Pacis Westphalicae Art. V. §. 54. contra sententias iudicij imperialis aulici introduxit, cum contra cameralis revisio iam per ordinationes annorum 1548. & 1555. legaliter firmata fuerit. Singulare definitionis consistit in restrictione remedii revisionis ad gravamen errore iuris, vel erronea eius applicatione illatum, id quod simul quoque differentia specifica inter remedium revisionis & restitutionis in integrum prohibetur. De quo tamen utroque adhuc dubitari posse, mihi saltem videtur. Fac enim, referentem cameralem præcipuum quandam in actis contentam circumstantiam facti prætervidisse, penitus neglexisse, atque adeo quadam ius ipsum neque errorem commississe, neque illud erronea applicasse, imo, ideo ne applicare quidem potuisse, an non tum propter hancce prætermissionem circumstantia facti gravato revisionis remedium competit? licet in facto unice erratum, error facti, non iuris commissus, nullaque erronea, sed recta potius & genuina, iuris ad factum, sed id vel non satis erutum, vel manifesto quodam errore immutatum, applicatio contigerit. Nec in restitutione in integrum error facti, quem illa cæteroquin semper supponit, iudici imputatur, quod diserte scripsit vir ille perillustris §. 1441. pag. 411. & §. 1512. pag. 428. sed index, qui non nisi secundum, minime vero præter acta ei exhibita pronunciare debet, eo ipso ab omni errore, sive iuris, sive facti, eiusque a se in iudicando commissi nota absolvitur, quamvis ideo non adprobetur prior sententia, de LUDOLF in iure cam. sēc. II. §. 6. pag. 216. 217. dum ea, qua in restitutionis instantia proferuntur, ab ipsam parte proferente nova, antea nec cognita, nec prolata, dicuntur, a revisorio contra penitus arcenda. Est quidem utrumque remedium ob defectum appellationis, pergit

6653

X

6653

3

git ille §. 1514. pag. 428. introductum: cum indicia imperii sine provocacione iudicent §. 53. pag. 18. & fieri possit, ut restitutio
ni ob nova in facto deficientia locus non sit §. 1444. pag. 411.
attamen, cum assessores camerales & consiliani imperiales aulici, & que
ac alii homines, & quidem tam in facto, quam in jure, vel si
mavis in utroque simul, errare possint, necessarium non solum
generatim est revisionis remedium, sed & locum illud habere de-
bet, sive in facto ipso, illud non satis eruendo, non plene per-
cipiendo, quasdam circumstantias facti vel supponendo, vel neg-
ligendo, non probata pro probatis & vice versa probata pro non
probatis habendo, vel quocunque alio circa factum ipsum modo
sive in iure erratum fuerit, errore in ipsam sententiam necessario
influentia. Nec ad applicatio iuris ad minus recte structum factum
erronea dici potest. Cum v. gr. reste Titius heres tanquam pro-
ximus agnatus declaretur, cum talis supponatur, & error in fa-
cto consistat, non iure, vel iuris ad illud applicatione, si Titius lo-
co Mevii proximus censeatur & computetur, revisionem tamen re-
ctissime petentis. Error scilicet facti duplex est, alius, qui ex
ipsis prioribus adhuc actis & solis quidem, alius vero, qui non ri-
si novis facti circumstantiis, nunc demum allatis, tolli & corrigi
potest. Is revisioni, hic restitutio locum facit, cum contra
quilibet error iuris erroneaque eius ad applicationis revisione purgari
debeat, solus restitutio in integrum nunquam fundans. Ca-
terum vero & hoc dicendum, ad quod *perill.* CRAMERVS forsitan
maxime attendit, ius & factum, relata, correlata & correspon-
siva esse, medio veluti quodam, ad applicatione eius ad hoc, intime
& sic connexa, ut error in hoc, si non pariter errorem quoque
in illo, certe erroneam iuris huc non pertinentis applicationem,
producat, circa nova revisionem fundantem. Cuius proin gene-
rale & genuinum fundamentum in sua, qua omnium novissima est,
revisionis definitione, erroneam decidendi rationem dixit *Exc. Dn.*
Prof. IO. DAN. HOFFMANN, in Disp. de remedii adversus senten-
tias revisionum camerallium, demum sub finem mensis Aprilis huius
anni defensa, §. 2. pag. 8. revisionem „remedium novioris iuris
Germanici adversus sententias camerales, iis, qui se ex erronea

causam vel tractandi vel decidendi ratione gravatos esse putant,
eo competens, ut acta a visitatoribus Cameræ, sive ordinariis, sive
extraordinariis perlustrantur & sublati gravaminibus nova ab his
feratur sententia, definiens. In qua definitione hoc singulatum
quoque observatum fuit, quod etiam erronea causam tractandi
saltet ratio, sive processuale modo aliquod gravamen revisionem
fundet, quam sic non semper & præcise ipsam causam principalem
eiusque merita ferire constat, Cameræ deinceps porro relinquendam
atque ad eam ab ipsis revisoribus remittendam.

Caput II.

Odium, quo in primis Camera hoc remedium re-
visionis semper prosecuta fuit.

Quicquid vero eius rei sit, magno semper & in primis quidem, ab ipsam Camera odio habitum fuit hocce revisionis remedium. Cum generatim, quia, prout porro scripsit perillubris de Cramer §. 1516. pag 429. iudices aut negligenter aut imperitiae accusat, siveque evidenter in eorumdem odium tendit. Tum speciatim, quod Camera tanquam supremum iudicium als das kaiserlich und Reichs oberste und letzte (Rec. Imp. de anno 1530. §. Dieweil nun Camera &c. 76.) sive höchste Gericht (Rec. Imp. de anno 1556. §. 165. 167.) sine ulla (O. C. 1495. §. 21. & 1521. §. 27.) provocatio iudicet, nulla ab eo detur appellatio & sic quoque nulla ad aliud quoddam superius iudicium devolutio dari debeat, qualis tamen revera in revisione existit, appellationi quasi substituta atque in subsidium huius & defectum introducta, hincque remedium non solum extraordinarium, sed & subsidiarium plane, alii quibusunque adhuc existentibus & competentibus non admissibile, reputata. Communem deinde originem, saltet legalem revisionem habuit cum syndicatu, sub hoc ab initio plane latuit, sub huius velut schemate invaluit, increbuitque, novissima demum ordinatione camerali de anno 1555. P. III. Tit. 53. ab eo distincta atque

50.

atque separata. Iam vero syndicatus remedium, quo ab initio ferre solo & unico Cameræ iudicata gravatis impugnare licebat, & quod hodienum in toto procedendi modo universæ cum revisione convenit, non solum difficile, sed & revera perquam odiosum, omniumque, qua contra sententias dantur, remediorum, longe odiosissimum esse, vel inde satis superque constat, quod dolum (*O.C. 1555. P. III. tit. 53. §. 10. C. O.C. P. III. tit. 63. §. 18.* aus Betrug oder Arglist) plane eius, qui iudicavit, vindicet, cum contra revisione non nisi culpam & incuriam, imo ne hanc quidem semper adeo vituperabilem supponat, & quod non tam ad sententia reformatiōnem, uti revisio, sed potius ad licis, quam iudex suam fecerat, estimationem, ab hoc, non altera parte repetendam, detur. Vid. *Io. Grav. in Disp. de iudicio syndicatus*, *Tub. 1685. CONR. ab OFFENBACH* aliisque in *tr. de syndicatu apud Io. DECKHERRVM in monumentis lectionis cameralis antique*, pag. 436. potissimum vero *Illustris GEORG. LUDOV. BOEHMER in exercit. de remedio syndicatus aduersus sententias Camerae imperialis*, *Gott. 4. 1744.* quos omnes tamen odium eius latius haud exposuisse, non abs re miraberis. Ceterum odium illud plus quam vatiniandum; quo hoc remedium semper olim oneratum fuit, non inde derivandum, quod sententias, contra quas interpositum fuit, *nullas* perhibeat, exque etiam, nisi confirmentur, nulla habeantur, declarenturque. E contrario namque constat, sententias, dum in revisione, imo in ipso met syndicatu, si unicum corruptionis calum excipias, *L. 65. §. 2. ad SCt. Trebell. L. 7. C. quando provocare non est nec O.C. P. III. rit. 53. §. ult.* qui tamen & ipse querela nullitas opus habebit, reformantur, non *nullas* sed iniquas modo pronunciari, atque non tam nullas declarari, quam potius rescindi. *BLASIVS ALTIMARVS de nullis. P. II. rubro XIII. qu 338. n. 1. Tomo II. pag. 837.*

Caput III.

Num remedium revisionis urgente ipsa Camera
primum introductum fuerit?

Prius vero, quam progredior, dubium quoddam, in quod incidit, paullo latius investigandum erit & diluendum. Videatur nempe



pe veritati huius odii cameralis in revisionem quam maxime adver-
sari, quod *illustris PÜTTERVS*, at quantum in hisce rebus nomen!
in nova epitome processus imperii amborum tribunalium supremorum,
Gazz. 1757. 8. edita, L. IV. Cap. III. §. 439. pag. 264. remediu
revisionis, occasione aliquorun Statuum, qui se gravatos iudicatis
cameralibus *anno 1524.* siterant, urgente ipsa Camera primum in-
troductum fuisse afferat. Quod ad Status illos gravatos & querulos
adtinet, ipsemet Recessus Imperii Norimbergensis de anno 1524.
§. 23. P. II. pag. 256. der neuen Sammlung, hac de illis habet
„Item: Als etwan viel von Churfürsten, Fürsten und Ständen jeho
allhie Unserm Statthalter, Orator auch Churfürsten, Fürsten und
Ständen allerley Beschwehrung fürbracht und verlagt: haben unser
Statthalter und Orator, Churfürsten, Fürsten und Ständ zu densel-
ben Sachen die Ehsamen — — — verordnet, die zwischen
den flagenden Partheyen die Gütllichkeit allhie handeln, und wo die
nicht statt haben möcht, alsdann alle Acta und fürbrachte Be-
schwehrung derselben Partheyen besichtigen, und auf Pfingsten
schiesst künftig zu Eßlingen (quorlum & Regimentum & Camera
Imperii Norimberga transferebatur *m. Maio 1524. d. Rec. Imp. No-*
rimberg. 1524. §. 2. p. 254.) Unserm Statthalter und Regiment das
von Relation ihun. Derselbe unser Statthalter und Regiment sollen in
Diesen Sachen die Partheyen, ihrer Tiring, mit samt den jetzt berühr-
ten, so solche Handlung besichtigt, zum förderlichsten entscheiden.
Posset adhuc dubitari, utrum hic §. iamiam de vera & propria re-
visione sententiarum cameralium intelligendus sit, nisi hoc ipso tem-
pore visitatio cameralis Regimento imperii commissa fuisset, nisi
connexio antecedentis §. 1. 2. & 20. & subsequentis proxime §. 24.
id suaderet, & nisi porro ibi inter partes tum temporis querentes
& hi nominarentur: Und Landgraf Philipp zu Hessen wider Frobin
von Hütten gesprochen Urtheil. Herzog Wilhelm und Herzog Ludwig
von Bayern, wider Unsern Cammer Richter und Besitzer ic.“ unde
etiam ICti omnes passum huncce primam legalem huius remedii re-
visionis mentionem iniicere arbitrantur, sicut omne dubium nunc
sublatum, ex quo perillustri auctor des Cammergerichts. Staats-Ar-
chivs, P. V. §. 52. pag. 50. 51. conclusum imperii;

"Item



"Item Statthalter und Orator saint denen Ständen sollen etliche unparthenische verordnen, so der flagenden und beklagten Parthenen Sachen und Beschwerung, vor Thürfürsten und Fürsten fürbracht, besichtigen, die nachmahlen dem Kaiserlichen Statthalter und Regiment auf Pfingsten nächst zu Esslingen davon Relation thun, und also dann mit ihnen dieselben Sachen zum förderlichsten entscheiden sollten" quod deinceps iam adductis verbis in Recessum istum migravit, adulit, atque in sq. §§. 53. 54. 56. 57. pag. 51. 52. 53. 55. 56. de gravaminibus Ducum Bavariae Wilhelmi & Ludovici, condominorum, itemque Lotharingicis & Badensibus pluribus egit.

Quamvis autem Camera Imperii Regimentum, quod ei litteras & querelas Bavarias communicaverat, informando non solum haec scripsit: "Num hätte das Cammer-Gericht derentwegen gar keinen Scheu zu tragen; da aber denselben, laut der Ordnung, ohne Appelliren, Suppliciren, Reduciren sein freyer stracke Lauf gelassen werden sollte, zudem daß nach besag gemeiner unwidersprechlicher Rechten das Cammer-Gericht nicht soll noch indege geweigert werden, und auch solcher Vorgang ohnehin nicht nach gesprochener Urtheil im Stand der Vollziehung geschehen möge, als wüßte man solcher ohnehin auch verspateten Appellation nicht statt zu geben" verum etiam, porro diserte petierit "Man wollte aber dannoch gehorsamt bitten, solche Sachen in Beyseyn des Regiments nochmahlen referiren zu lassen, des Vertrauens, daß man sie als fromme Ehr- und Recht-liebende Richter erfinden werde — — die auch ihren Pflichten nach fernern Fürsahrens, auf rechtlich der Parthenen Anrufen, sich nicht zu enthalten hätten" Ibidem §. 55. pag. 56. imo inequenti deinceps anno 1526. ipsamet consilium, acta revindenda ad duas impariales universitates transmittendi, atque ab hinc exquirendi, num bene, an male iudicatum fuerit? quod *illustris & magnificus Dn. PRAESES in melerematisbus aliorum publicorum de arate & numero caffarum revisionis cameratum, Tübinger modo 4. editis p. 42. 43. sq. pluribus illustravit, dederit: in dem Staats-Archiv des Cammer-Gerichts P. V. §. 107. 108. pag. 83. 84. nihilominus tamen minime dici potest, his ipsis Camera postulatis & instantiis, ex fiducia causa profectis, remedium revisionis introductum, constitutum-*
que

que fuisse, partim, quia illud iam antea usu obtinuit, consuetudinariū & vagum adhuc, communi appellationis, reclamacionis, retractationis, recusationis, reductionis, protestationis super nullitate, syndicatus & similiū nomine veniens, prout id ex eodem fonte iam laudatus Dn. Prof. HOFFMANN in all. Diss. §. I. pag. 5. obseruavit, partim vero & in primis etiam, quia illud postea demum in Recessu Imperii Ratisbonensi de anno 1532. Tit. III. vom Cammer-Gericht, §. 16. & 17. pag. 359. & ne hic quidem aperte, sed teckte modo sub schemate & involucro syndicatus constitutum & legaliter introductum fuit. Quamvis autem §. 16. hic sit: "ferner, als Cammer-Richter und Beyfliger den Commissionen in ihren übergebenen zweifelhaftigen Articulis angezeigt, dieweil sich die Parthenen zu Zeiten beschwären, als sollten unrechtmäßige Urtheil eröffnet werden: auf daß dann niemands wider Recht am höchsten Gericht verdrult werde, gebührlich Einschahs zu thun, sc. Haben Wir, auch Thürfürsten, Fürsten und Ständ diezen Puncten bestes Fleiß erwogen" magis tamen in odium, quam in favorem camerarium & proprio motu magis & instinctu, vel ad instantiam partium potius, quam ipsius Camera constitutum ibi fuisse syndicatum ex sequentis §. 17. principio "und damit Unsere Cammer-Richter und Beyfliger desto fleißiger seyn, so sie besorgen müssen, daß die Acta folgends nach gesprochener Urtheil auch besichtigt, und niemands an Unserm Cammer-Gericht Unrecht geschehe, zu dem, daß solches Unsern Kaysrel. Rechten nicht entgegen, so wider End-Urtheil zu supplicieren zulassen, und die Richter, so unrechtmäßige Urtheil auesprechen, den Krieg ihr eigen machen, und deshalb ad Syndicatum gestellt werden mögen sc. colligas. Audias vero etiam per ill. L B. de HARPPRECHT novissime P. V. §. 124. pag. 93. hanc in rem sic differenter, nec Camera quidquam nisi remotissimam quandam occasionem circa hanc syndicatus constitutionem tribuentem, "Der 16. 17. und 18te §. enthält den Reichs-Schluß auf des Cammer-Gerichts oben vermeindten Artikel von nochmählicher Besichtigung der Cammer-Gerichts-Urtheilen. Dergleichen Rechtsmittel waren unter dem Nahmen von Appelliren, Reclamiren, Retraetiren, Reduciren und Protestiren super Nullitate schon längst vorher bekannt, nur aber erinnerte hierzu

90.

hierzu die rechte Form. Da nun allbereits im Jahr 1524, auf Veranlassung von Bayern in den Weg einer Inquisition durch die Reichs-Vizitation eingeschlagen ware, auch eben damals das Cammer: Gericht selbst den Antrag dahin gemacht hatte, solcherley Rechtsachen nochmahlen vor dem Regiment referiren zu lassen, hiernächst diese Vorgänge einen Grund in denen Kaiserlichen (gemein Römischen) Rechten hatten, als welche gegen die Richter, so durch unrechtmäßige Urtheiln den Krieg ihr eigen machen, die Syndicats-Klag verstatten; so wurde vorjezt dieses Rechts-Mittel beliebt, und die Form des rechtlichen Verfahrens dabei festgefestet, bis und dann in folgenden Zeiten die Remedia Syndicatus und Revisionis deutlicher von einander abgesondert worden.“ Est vero de syndicatu adhuc multo minus verotumile, quam de revisione, quod urgente ipsam Camera, quæ querelas & gravamina Statuum quorundam saltē indicavit, quæ modo sese defendendi, suamque innocentiam comprobandi causa revisionem, vel regimento, vel universitatibus committendam flagitavit, minime vero ullibi revisionis, seu generalis, communis & ordinarii remedii contra sententias suas introductionem proposuit, suasit, urasit, omnem potius tum quoque appellationem, supplicationem & reductionem a se amoliens, liberumque & supremum exercitium urgens, remedium revisionis introductum fuerit. Sicuti quoque ordinatio cameralis *de anno 1548.* quo illud primum a syndicatu discretum, & tanquam singulare remedium vere introductum fuit, nullam prorsus instantiae illius cameralis mentionem facit, immo illam penitus omittit, in novissima quoque *de anno 1555.* P. III. tit. 53. pr. non nisi verbis si 17. Camera omnino odiosis, usq;

Caput IV.

Vehementer potius totius, huius, ei adeo odiosi,
remedii revisionis abolitionem Imperatori & Im-
perio persuadere voluit Camera.

Sit vero etiam, quod celsissimum iudicium camerale, ab initio,
tam visitationis suæ, per modum inquisitionis (Cammer: Gerichts:
B Archiv,

*Archiv. P. V. §. 52. pag. 50. 51. & §. 124. pag. 92. Rec. Imp.
 Spir. de anno 1529. §. 28.) institutæ, quam & revisionis ipsius,
 sive potius cuiuscunque remedii contra sententias suas, prius, quam
 hoc legaliter firmaretur, & a syndicatu distingueretur, dum adhuc usu
 & consuetudine niteretur, atque inter varia nomina & media fluctua-
 ret, revisionem nondum adeo magno odio prosecutum fuerit, mitius-
 que paullo de illa senserit; postea tamen, ex quo illa generale & com-
 mune remedium contra sententias camerales legibus ipsis constitutum
 praxique deinceps admodum & iustu quidem nimis increbuit,
 odium, quod camerales contra illud conceperant, vehementer
 auctum fuit, & eousque processit, ut vel tandem penitus abolendum,
 abrogandumque illud censuerint, hocque iudicium & consilium
 suum tacito non amplius pectori compresserint, sed commodam po-
 tius occasionem nacti, totalem eius abolitionem conventui Deputa-
 torum anno 1643. congestis omnibus *odiis* huius argumentis, sugge-
 ferint, suaferintque, navos rei iudicariæ Germanicæ investigare,
 atque de illis ad dictum conventum referre iussi. Nulla ratione
 presumi posse, aiebant, tot eximios ICtos aliquid institutæ contrarii
 commissiuros, pronunciatoresque fore, non esse, cur maior iuris,
 iustitiae, æquitatis, dexteritatis, rerumque camerallium peritiae pre-
 sumtio, pro revisoribus & subdelegatis Statuum visitatorum militare
 dicatur, quam pro alesforibus camerallibus, illis, non minus a Statis-
 bus presentatis atque delegatis; vergere in dedecus totius imperii,
 exercis potissimum in oculos incurrens, nullum plane in illo repe-
 riri iudicium & tribunal, quod omnis ulterioris revisionis expers sit
 ab eaque immune, imo, non ultimum malum, quod ruinam Germa-
 niæ manifesto procuret, esse nimiam revisionum frequentiam, hinc-
 que oriundam molestissimam omnium litium protelationem, & qua
 plura contra hoc remedium, pro suo, istud supprimendi voto, con-
 gesserant camerales, tot gravissima odii eius argumenta. Propria
 & præcipua illorum verba legis apud NEVRODES ad R. I. N pag.
 502. 503. Licet vero Status non nullius ponderis ea iudicaverint,
 sed illis potius multum veri atque revisioni haud parum nocivi in-
 esse putaverint; illam quidem, tanquam certissimum subinde te-
 mere litigantium refugium, auctoritatique camerali haud parum con-
 tra-*

10.

trarium, ea, quam necessitas exposceret, ratione, restringendum
autumarunt; attamen, quia illud remedium tanto olim consensu
& adplausu receptum & approbatum, tot iam legibus & constitutionibus
imperii firmatum atque fulcitum, longo iam tempore usi-
tatum & observatum, subinde etiam verum & salutare lēsorum
gravatorumque asylum fuerit, quod, ut conservetur, Sta-
tuum membrorumque Imperii multum omnino intersit; unanimi
consensu prudentissimoque consilio conclusum statutumque fuit, illud
recinendum potius esse, quam abrogandum, verum & genuinum eius
usum ab abuso, quem solum omnia illa feriant argumenta, probe
secernendum, hunc omni quidem modo cavendum, at illum ideo
non totum reiiciendum, sed ipsum potius remedium iustis cancellis
& limitibus includendum atque coērcendum esse. Digna sunt,
quæ inspiciantur, & in utramque partem probe ponderentur, cum
cameralium pro abolitione, tum & deputatorum pro conservatione
eius argumenta, præfertim in singulis horum votis obvia, coniunctim
nobis exhibita a B. Io. GODOFR. de MEIERN in collectione
actorum comitzialium Ratisbonensem publicorum de annis 1653. &
1654. Tomo II. L. IX. §. IV. Num. I. ad punctum 6. & 7. §. XX.
Num. I — V. & §. XXI. Num. I II. L. XII. §. II. Num. I. pag. 399.
sq. Omnes vero pro conservatione revisionis rationes contraxit
NEVRODES ad R. I. N. pag. 504.

Caput V.

Sed conservatum illud, curatusque determinatum
suit in recessu imperii novissimo.

Non solum vero ita censuerunt senescalque Deputati imperii,
qui causam iustitiae vel iudicariam regni nostri anno 1643. & 1644.
magno studio & labore tractabant, verum eundem quoque
annum, erga revisionem universalis ille Statuum conventus *Rat-*
isbonensis annorum 1653. & 1654. prodidit, qui novissimum
nobis peperit recessum Imperii, in quem, uti pleraque ea,
qua Deputati illi præparaverant, prætractaverantque, ita spe-

ciatim quoque placita illorum circa remedium revisionis contra sententias camerales, inde a §. 124. usque ad §. 133. migrarunt, ea nobis pandentia, de quibus Imperator cum Statibus wegen Abkürzung der Revisionen und Beschränkung der Execution über die gesprochene Urtheil, in reisser Überlegung, wie die vielfältige Revisionen zu verhindern, und denselben zu bezaggen seyn möchte" §. 124. pr. convenierat, remedium hocce non solum curatus multe determinantia, sed & multis variisque limitibus circumscriptientia. Quorum praecipius fons sine dubio, cum priscum illud odium, cap. II. tum & consilium istud, revisionem penitus abolendi, cap. IV. fuit, adeo ut licet non abolitum sublatumque fuerit revisorium, certe tamen admidum restrictum, limitatumque hinc valde difficile factum fuerit. Negatus ei in posterum fuit effectus suspensivus, relictus solus devolutivus. §. 124. Ut Iuramentum revisorium §. 125. pecuniam succubentiae §. 126. summan revisibilem §. 127. & tentamen amicabilis compositionis §. 133. raccam. De quibus omnibus, praeter eos, qui ex instituto de remedio revisionis scripserunt, illi praesertim amplissime meriti sunt, qui suam illustrando recthiui novissimo inque eum commentando impenderunt operam, velut in primis & IO. WOLFG. TEXTOR in *Disput. ad R. I. N. academicis Alt.* 1669. & *Heydelb.* 1686. 4. ed: *Disp. XIII. de revisionibus pag.* 389 — 412. & SEVERIN. THEOD. NEVRODES in der gegenwärtigen Verfassung des H. Röm. Reichs in Staats- und Justiz-Sachen, oder pragmatischen Erläuterung des jüngern Reichs-Abschieds, Jena 1752. 4. IX. Haupttheil, von dem remedio revisionis und der Cammer-Gerichts-Visitation, pag. 497 — 584.

Caput VI.

At retento tamen pristino eius odio.

Quamvis autem Recessus hic, praeter varios, quos revisionis remedio nunc posuit, limites, negatumque effectum suspensivum, nihil plane *odii* adversus remedium ipsum spiraverit; sed potius fatale eius interponenda & introducenda, quod olim non nisi bi- & postea

postea trimestre fuit, Rec. Imp. Spirensis de anno 1557. §. mewohl
 ferner ic. 23. P. III. pag. 157. uno mense ampliaverit, & quadri-
 mestre esse iusserit, eique favorabilem istam adpellationis analogiam,
 de qua suo loco, conciliaverit, nondum tamen ex odio illo, quo
 Camera istud non solum profequebat ipsa, sed & quo illud ge-
 neratim & ubique premebat, circumdabaturque, eluctari, illud
 que a se amoliri potuit revisio, semper adhuc extraordinaria non
 modo, & subsidiarium, sed & difficile, ino odiosum plane remedium
 habita, coangustianda potius quovis modo, quam libere sibi re-
 linquenda, libere concedenda, vel extendenda plane, atque amplian-
 da. Non solum argumenta illa, quae camerales ei opposuerunt,
 licet non ipsum & rectum eius usum, sed abusum modo & pravum
 finistrumque eius usum ferientia, odium istud continuarunt, auxe-
 runt, perpetuumque reddiderunt, tam interna gravitate sua,
 quam etiam magna illa, qua camerales tum per universam
 Germaniam ex merito pollebant, existimatione; verum etiam
 deinceps, nescio, quod magnum & singulare odium revisionis
 arguere videbatur singularis, cum ordinationis cameralis, tum Re-
 cessus istius sollicitudo, illam limitandi, constringendique, ita, ut
 vix satis limitari posse videretur. Imo, cum abusus eius ab
 usu non satis distingui, secerni, atque in praxi separari posse vi-
 deretur, ipsumque hoc remedium, non cuiusvis forsitan, qua-
 liscunque, inferioris, delegati, sed supremi plane Cameræ
 nempe iudicij, fortissima omnino & scientia & diligentia, & dexterita-
 tis praefumione muniti, impugnaret, nec sine manifesta litium
 protelatione, nec sine specioso immortalitatis litium metu, pro-
 pter coniunctionem suam cum tum sat diu intermissis, nec nisi
 difficulter restaurandis, deputationibus imperii & visitationibus Cane-
 ra ordinariis, locum habere & effectum fortiri posset; pristinum
 firmari potius videbatur *odium*. Probat continuationem huius
odiumi communis ICTORUM doctrina, qui adhuc nihilominus re-
 visionis remedium aque odiosum perhibuerant, ac quidem anti-
 quiores. LUD. GILHAUSEN in arbore iudicaria, pag. 615.
 num. 29. P. HEIGIUS, qu. X. num. 82. pag. 152. C. OFFEN-
 BACH de revisione, §. 22. ab ANDLERN in Tomo Constitut. Imp.
 II. pag. 1695. LYNECKERS in tr. de gravam. extrajudiciali, Cap.

*IX. P. 2. §. 16. pag. 305. Breviculum praxeos imp. aulica tit. § 9. §.
4. p. 239. NEURODES all. l. pag. 501. §. 1. not.*

Caput VII.

Novissimis demum capitulationibus Imperatorum sublato.

Duravit, & indies fere crevit hoc odium revisionis, usque dum Collegium Electorale, hoc remedium minus odiosum, ac quidem reputabatur, habendum, omnique promotione potius & maturatione & sic favore potius, quam odio dignum censeret, non obstante eo, quod post peractam adhuc locum habeat executionem, quod decisas iam & sententia definitiva dudum pronunciata iudicatas res denio in disceptationem & cognitionem adducat, sive vel lites immortales, vel iustitiae administrationem inefficacem facere videatur, quavis vel ut abbreviatione corrigendum. Ita namque Electores in suo capitulationis perpetua proiecto de anno 1664. "Wiewol aber, obversandener massen, auch nach vollstreckter Execution das Benef. Rev. im Reich statt hat, damit jedoch die abgeurtheilte Rechtfertigungen nicht wieder zur Wahn gebracht, noch die erhobene Strittigkeiten an dem K. C. G. oder Reichs-Hofrath gar unsterlich, oder die Justiz kraeftlos gemacht werden mochte, so will der R. Kaiser sochane Revisiones nicht allein nach aller Moglichkeit beschleunigen, befördern &c. &c.

Nec dissentiebant Principes, eodem favore revisionem dignantes, hincque omissionem verborum: "nach vollstreckter Execution" adjunctionem supplicationis, & quoad revisionem, expressam iudicij Camera imperialis mentionem desiderantes; ab Electoribus quoque sine omni dubio admissam atque concessam. Vnde in novissimo inter Electores & Principes convento capitulationis perpetua proiecto de d. 4. 6. 7. & 8. Iulii & in capitulatione, qua istud sequebatur, Caroli VI. de d. 12. Oct. 1711. in der Tschechischen gegenwärtigen Verfassung der kaysерlichen Regierung in Teutschland nach Carli des VI. Wahl-Capitulation (4. Leipzig. 1713.) pag. 136. 138. & 137. 139. verba ista sic leguntur. "Wiewohlen aber, &c. &c. &c. noch zu gestatten."

Verbis



Verbis hisce & quidem ab initio statim, post verba "Wiewol aber, obverstandener massen, das beneficium revisionis & supplicationis im Reich statt hat" proxime & immediate ante verba: "damit jedoch dardurch & qua rel. prima vice anno 1741. & 1742. in capitulatione Caroli VII. tum condita, cuius Artic. XVII. §. 2. consti-
tuebant, ex monito & suffragio Brandenburgico, a reliquis adpro-
bato (Conf. MOSERVS ad Capitulat. Caroli VII. P III. pag. 189.)
haec inserta fuere: "und daher auch bey Unserem kaiserlichen Reichs-
Hof: Rath wider dessen Erkenntnisse, oder Unsere Selbst eigene auf
Reichs: Hof: räthliches Gutachten abgesetzte, daselbst publicirte kaiser-
liche Resolutiones pro odio oder unzulässig durchaus nicht gehal-
ten, und, wann die Formalia ihre Richtigkeit haben, niemanden ver-
fugt, weder durch übermäßige Sportum schwier gemacht werden soll."
Quemadmodum etiam finalibus istis verbis haec quoque tum de no-
vo addita fuere: "Noch gestatten, daß die cognition über die nach
dem Reichs: Abschied de anno 1654. §. 125. in casum succumbentiae
zu erlegende Caution de restituendo und deren Zulänglichkeit dem Cam-
mer: Gericht entnommen, und vor die Revisores gezogen werden möge"
Übrigens aber wurde es bey dem alten projecto perpetua gelassen, obgleich,
scribit *illustris* Io. IAC. MOSERVS, modernus iurisprudentiae pu-
blica parens, *ad Capitulationem Caroli VII. eiusque Artic. XVII.*
§. 2. P II. p. 493. §. 3. wegen des effectus supplicationum devolutivi
vel suspensivi, wie auch: ob Victor in prioribus instantiis & victus
in revisionis instantia zum remedio supplicationis oder Revisionis zu-
zulassen? wichtige Monita gemacht worden waren." Qua de re nu-
perrime denum ex instituto egit *Exc. Dn. D. IO. DAN. HOFF-
MANN* in iam supra laudata *Disp. de remedii adversus sententias
Revisorum Cameralium*, § XII. pag. 41. 42. sq.

Eadem illa verba sine omni prorsus additione, detractione, vel
immutatione retenta fuerunt, uti in FRANCISCI I. gl. m. patris
die 13. Septembr. 1745. condita, sic quoque in regnantis nunc &
imperantissimi JOSEPHI II. sibi die 27. Martii 1764. con-
dita capitulatione, ubi itidem *Artic. XVII. §. 2. pag. 73. 74.* verba
ita fluunt.

Caput

Caput VIII.

Commentarius ad Capitulationis novissimæ verba
huc spectantia.

Prima huius si verba, eaque formulam illam connectendi cum antecedenti so huius rei, iudicariæ imperii ulterius adhuc destinati art. XVII. primo continentia (viewohlen aber,) uti totus si fundus, e primo fere proiecto capitulationis perpetua de anno 1664. superfluit, & se ferunt ad serium illud, quod dictus §. 1. continet, & inculcat præceptum, de non impedienda, sufflaminanda, remoranda, & procrastinanda illius sententia definitiva in alterutro supremorum iudiciorum Imperii latæ, viresque rei iudicatae naætæ executione, secundum ordinationes iudicij aulici, cameræ & executionis, simpliciter citra omnes contra executionem non amplius admissibiles exceptiones per agenda, partim ex capitulatione Ferdinandi II. art. 44. partim ex monito Principum de anno 1663. partimque tandem itidem e dicto proiecto perpetua, superstes. illustr. MOSERVS d. l pag. 491.492.
Add. Eiusdem annotationum ad Capitulationem Caroli VII. P. I. adp. pag. 4+ num. 15. nec non Articuli Capitulationum novissimarum XVI. §. 6.

Quæ proxime sequuntur duo verba "obverstandener massen" itidem proiecti illius sunt, & allegationem eius continent, quod tum in proiecto illo, articulo XVI. (8.) tum in capitulationibus cesareis Pace Westphalica iunioribus, Ferdinandi IV. artic. 43. Leopoldi artic. 42. Iosephi I. artic. 41. (conf. laud. MOSERVS ad d. Capitul. P. II. p. 488.489.) tum in quatuor novissimis artic. XVI. §. 16. in illis exprefse, hic vero per relationem ad instrumentum pacis, huic ipsi conformiter, ad amissum scilicet Art. V. §. 54. quoad processum iudiciarium &c. de remedio supplicationis contra sententias in iudicio imperiali aulico latas constitutum fuit, revisioni camerali, quæ jam diu obtinuerat, quoad eius fieri poterat, æquiparatae. Addatur Ordinatio iudicij imperialis aulici Tit. V. §. 7. commentatorius pragmaticus perit. FRID. CAR. de Moser in illam, T. II. p. 43¹. & imprimis patris eius Io. IAC. MOSERI tr. de hac in dem R. N. H. R. üblichen

lichen Revision oder Supplication in *miscellaneis* Eius, P. II. pag.
320. sq.

Iunguntur deinde in principio huius si beneficium revisionis & supplicationis. Idque particula copulativa, &: sicut in *articulo XVI. §. 16.* inde a *Carolo VI.* particula adverbativa, oder; argumen-to I. P. W.O. *Artic. V. §. 54.* Quorum illud Cameræ, hoc vero iudicio imperiali aulico ita proprium est, ut, ne partes hic litigan tes omni remedio (*suspensivo*) destituantur, loco revisionis in Camera usitatæ licitum sit parti gravatae, a sententia in iudicio aulico lata ad Cæsaream Maiestatem supplicare, ut acta judicialia denuo exhibitis aliis, gravitati negotii paribus, neutrique partium addictis, ex utraque religione æquali numero consiliariis, & qui concipiendæ & ferenda priori sententiæ non interfuerint, aut certe referentium & correferentium partes non sustinuerint, **revisi**deantur." Revisio hæc, sive, quæ una eademque hic est, supplicatio, camerale revisionis analogiam, quoad eius fieri potest, sequitur, id est, sunt verba *illustris* I.O. St. PUTTERI in *nova epitome processus* amborum supremorum imperii tribunalium 8. 1757. *L. V. Cap. V. §. 503. pag. 302.* ea, quæ de revisione camerali sine singulari plane Cameræ ratione habita in legibus imperii statuta sunt, locum quoque habent in iudicii aulici revisione, reliqua, quæ ad solam cameram, non aulicum iudicium quadrant, hic cessant. In primis nullus hic visitationis respectus est, sed in eodem collegio, tantum ab alio referente disquiritur circa hoc remedium, quod nec *adiosum* hic haberi leges volunt. *Capitul. art. 17. §. 2.*"

Præmittitur semper supplicationi revisio. Partim quia hæc, illa prior & antiquior. Partim quia supplicatio ad imitationem & exemplum revisionis camerale demum efformata & introducta fuit. Hic vero huius ordinis particularis adhuc prostat ratio, in connexione sequentium sita.

C

Caput



Caput IX.

Agit ille §. de revisione camerali, æque ac de supplicatione iudicij imperialis aulici.

Generatim namque dicitur, beneficium revisionis & supplicationis obtinere „im Reich“, manifestissimo, ut puto, indicio, sermonem non esse de sola *supplicatione* in iudicio imperiali aulico usitata, quippe quæ & *revisio* dicitur, *Arric. XVI.* l. 16. sed potius de utraque, & revisione camerali, & supplicatione iudicij aulici, de illa æque, ac quidem de hac, cum im Reich duo sint iudicia suprema, Camera alterum, & iudicium aulicum alterum, contra quorum sententias beneficium revisionis & supplicationis etiam si illa promite sint exequenda, *Arr. XVII.* §. 1. & quidem predicto modo obseruantur massen ibid. §. 2. pr. obtineat. Prodit id ipsum satis luculenter hæc ipsa ad articulum XVI. eiusque §. 16. facta relatio, sive implícita huius allegatio, cum nec ibi, ubi Revision oder Supplication dicitur, de solo iudicio imperiali aulico, eiusque supplicatione in specie sic dicta, sed & de iudicio camerali, altero supremo, huiusque sententiarum revisione proprie sic dicta, sermo sit. Was auch einmahl in estgedachtem Reichs-Hofstatte oder Cammer-Gericht in iudicio contradictorio debita, causæ cognitione, ordentlicher weise abgehandelt, und geschlossen ist, dabey soll es forderst allerding verbleiben und nirgend anders, es sey dann durch den ordentlichen Weg der in offtermeldtem Friedens-Schluss beliebter (id quod de *camerale* quoque *revisione* verum est, non solum, quod d. §. 54. *Art. V.* supplicatio „loco revisionis in camera usitatæ“, constituantur, sed & quod ordinatio cameralis de anno 1548. sive potius 1555. a *Conr. Braunio* & *Conr. Vischio*, duobus cameralibus, collecta in pace Westphalica iterum confirmata, & pro vera lege publica fundamentali agnita fuerit; *Perill. de HARPPRECHT* in dem Vorbericht des V. Theils des Cammergerichts. Archivs §. 4. p. 3.) nach dessen Art. §. 5. §. quoad processum iudicariū anstellender Revision oder Supplication von neuem in cognitione gezogen.“ Et §. articuli huius XVII. primus, ad quem verba initialia wiewohlen aber se referunt, de utriusque iudicij sententia æqualiter loquitur.

Caput



Caput X.

Dubia quædam removentur.

Postquam igitur utrumque beneficium, revisionis & supplicationis sic contra utriusque supremi iudicii imperialis sententias generatim stabilitum fuit, specialis quidem denuo transitus ad iudicium imperiale aulicum sit, & inde (und dahoo) argumentum ducitur, quod beneficium istud, vel commune, revisionis & supplicationis, vel ei proprium, supplicationis, etiam contra sententias iudicij imperialis aulici obtineat "im Reich statt hat, und dahoo auch bey dem kaiserlichen Reichs Hofrath wider dessen Erklnisse — — vor unzulig durchaus nicht gehalten — — werden solle" facta singulari &, cum in I. P. W. O. Art. V. §. 54. ad Cæsaream Maiestatem supplicare permisum fuerit, omnino, si non necessaria, perutili tamen extensione auf die kaiserliche selbst eigene, aus Reichshofrath-lichem Gutachten abgesetzte, daselbst publicite kaiserliche Resolutio-nes. Qui tamen transitus, quod tamen argumentum, qua tamen extensio minime obstat generalitati theses ibi simul inflexa & non tam incidenter, quam ibi potius, ubi maximum pondus præbere poterat, proposita.

"dab das beneficium Revisionis & Supplicationis im Reich, — — pro odio durchaus nicht gehalten — — werden solle."

Frustra hoc "pro odio nicht gehalten werden solle" ad supplicationem in specie & proprio sic dictam, ex I. P. W. O. oriundam, a camerali distinctam, huicque etenus oppositam, contra sententias iudicij imperiales aulici tantum atque etiam contra ipsas resolutiones Cæsareae, prævio voto ad Imperatorem exaratas, ibique publicatas, continentem restringere conaberis, B.L. nec puto, *illuftrum Pütte.*
RVM in adductis supra verbis "quod nec odiosum *bis* (ergo tamen in Camera, posset quis secum cogitare) haberi leges volunt" restrictionem hanc intendisse. Eam tamen omnes illi hodie reapse supponere atque statuere videntur, qui post novissimas tres capitulatio-nes revisionem cameralem adhuc in odium iudicium, quos aut negligenter, aut imperitiae accuset, tendere putant, ut ipse quidem *per-*



illustris L. B. de CRAMER SeC. IV. tit. III. §. 1516. pag. 429.
 scripsit, at contrarium tamen nihilominus eatenus perhibens atque
 ex ipso hocce capitulationis loco repetens, quando ibidem §. 1530.
 scribit “Remedia Revisionis & Supplicationis species defensionis,
 æque, ac appellatio, adeoque eatenus odioſa non sunt (Capitul. Art.
 17. §. 2.)” Sicut & hoc obſervare licet, quod in illis ICtorum, ca-
 meralium quoque, scriptis, qua post capitulationem Caroli VII, ul-
 timo abhinc vicemio, & quod excedit, prodierunt, regula de odio
 revisionis non amplius toties repetita, tamque serio inculcata fuerit.
 Silent plerique noviores hoc odium, quamvis eius abolitionem vel
 favorem plane revisionis diserte & rotunde perhibere vix audeant,
 de generalitate forsan theſeos iſtius minus adhuc persuasi atque con-
 vierti, cum tamen in tribus illis capitulationibus novissimis, per
 modum legis & sanctionis pragmaticæ, cui nec Principes, nec reliqui
 Status monitis & protestationibus suis ad & contra capitulations istas
 ſpecialiter unquam contradixerunt, non ſolum, quod remedium
 supplicationis adverſus ſententias iudicij imperialis aulici, ipsasque
 prævio voto eius ad Imperatorem ibi promulgatas resolutiones Ca-
 fareaſ, ſed & æque & eodem modo, quod etiam remedium revisionis
 adverſus ſententias camerales competens, pro odioſo plane non
 habendum fit, quam expreſſiſime cautum statutumque fit. *Cel. Io.*
ANDR. HOFMANN in der teutſchen Reichs-Praxi, §. 2405. P.III.
p. 213. n.p) Principium namque ſi meminit utriusque, & Reviſionis, & Supplicationis beneficio. Dicit illud, utrumque hoc bene-
 ficium prædicto modo obtinere in imperio, ergo non in ſolo iudicio
 imperiali aulico, ſed æque etiam in Camera, altero ſupremo &
 pari iudicio imperii. Progresſus deinde fit tum particula: und que
 reg. copula eſt, & non diſiungit ea, de quibus modo dictum feit,
 certo reſpectu diversa, tum inprimis quoque consequentia & argu-
 mentatione illa, qua plane opus non fuifſet, qua nemini, de ſola
 supplicatione iudicij imperialis aulici hic sermonem eſſe, cogitanti,
 putantive in mentem venire potuifſet “dahero, und dahero” statim
 namque alias ſcribendum fuifſet: wiewohlen aber obverſtandener maſ-
 ſeu das beneficium supplicationis (omissa mentione revisionis) beg
 dem kauſerlichen Reichs-Hofſtath (nicht allein) wider daffen Erklärun-
 giffen.



nisse, oder (sondern auch wider Unsere Selbsteigene aus Reichs-Hof-
räthlichen Gutachten abgesaßt, daselbst publicirte kaiserliche resolutio-
nes statt hat, und pro odiose oder unzulässig durchaus nicht gehalten
— — werden solle. Loco huius autem, vel eiusmodi contextus
exprimitur, & revisio, & supplicatio, particula namque & subinde
etiam disiungit & distinguit, ad eiusmodi quendam locum provo-
catur, in quo, utriusque iudicii, cameralis & aulici, revisionis vel
(oder) supplicationis expressa mentio fit, indicatur generalitas fer-
monis per verba: im Reich additur mox: im Reich statt hat, &,
licet deinde speciale quoddam, & iudicii imperialis aulici supplica-
tioni proprium atque singulare inferatur, ne tamen cameralis revi-
sio quoad omnem sequentem contextum, & sic in primis quoad the-
sin, ne pro odiose habeatur, exclusa censeatur, sed illa diserte po-
tius includatur, prater particulam connectentem: und & conclu-
dente: dahoo addita adhuc fuit particula: auch, quæ, cum necessario
& semper duo supponat, nullo modo dubitare nos sinit, quod al-
tera revisio, cameralis nempe, non minus, quam altera, iudicij
aulici, supplicatione stricte dicta, odiosa haberi non debeat. Omnia,
quæ deinceps sequuntur, utrique sunt communia. Revisio came-
ralis æque admissibilis est, ac quidem supplicatio aulica, & neutra
habeatur, vel pro odiosa, vel pro inadmissibili (unzulässig) quamvis
forsan duo illa prædicta, pro odiose oder unzulässig recte sic distin-
ixeris, quod prius utrique commune, posterius vero in primis de sup-
plicatione contra sententias aulicas ipsasque resolutiones cæsareae non
minus admissibili exaudiendum sit. Hoc enim loco revisio came-
ralis non demum pro admissibili declarari, vel, ut illa admittatur,
nunc demum mandari debuit, quippe quæ iam dudum scriptis quo-
que legibus firmata obtinuit. Et quamvis idem de aulica quoque
supplicatione, inde a pace Westphalica, centum fere annos, usque ad
Carolum VII. obtinente, verum fuerit; hoc tamen prædicatum:
durchaus nicht unzulässig proxime de supplicatione contra resolutioni-
nes cæsareae & sententias aulicas, ab ipsomet velut Imperatore,
prævio voto ad illum latas, explicari potest & debet. Vtraque
porro, & in specie quidem cameralis quoque revisio pro odiose ha-
beri vel ideo hoc loco prohibetur, quia & illa sua formalia habet,

C 3

quæ



quæ rite observata esse debent, si quidem admissibilis (missus) esse debeat, vel admitti velit. Vtraque omnibus, gravatos se putantibus communis, neminiisque, formalibus rite observatis (wann die formalia ihre Richtigkeit haben) deneganda est, "niemand versaget" neminiisque ulla difficultas, vel in Camera, vel in iudicio imperiali aulico, per sportulas immodicas, (durch unmäßige Sportulen schwer gemachet) creari debet, a pecunia succumbentia adhuc distinctas. Nihil ibi quoad utramque caveretur, quam immortalitas litium, & hæc quidem æqualiter am Kaiserlichen Cammer-Gericht oder Reichs-Hofrath. Reliqua totius si & subsequentium verba non nisi de revisione generatim agunt, dum eius promotionem & maturationem, revisoribus serio iniungunt, cameralibus puta, singularibus tories, quoties id necesse, mandatis excitandis, imo speciatim non nisi de revisione camerali precipiunt, prout id provocatio eorum ad R. I. N. tam generalis, quam quoad cognitionem super cautione §. 124. specialis satis superque evincit, in fine huius §. 2. diserte Cameræ dem Cammer-Gericht vindicatam, nec vero revisoribus gelinquantdam. Quis igitur contra totum si contextum, & quod magis adhuc, contra identitatem, quid quod maioritatem rationis thesin & verba huius si adeo seria, beneficium revisionis & supplicationis, quod in imperio generatim locum habeat, & inde etiam (und das hero auch) contra sententias aulicas & resolutiones casfarcas locum suum capessat, pro odio plane non habendum esse, ad solam supplicationem aulicam restringat, cui hodie vel ideo saltē suspensus negatur effectus, quia eum R. I. N. §. 124. revisioni camerali negavit. *Illustris Moser VS, sect. VII. §. 1. sqq. 6. sq.*

Caput XI.

Supplicatio iudicii Imperialis aulici nunquam odiosa fuit.

Unicum permultis hisce & gravissimis sane argumentis addere liceat. Supplicatio stricte sic dicta, quatenus vel olim vel hodie a revisione distincta, nullo unquam eiusmodi, ac hæc quidem in Came-

Camera p̄t̄sertim, vel generatim, vel speciatim in aula Imperatoris premebat̄ odio, de revisione contra longe notissimo. Nec illa, æque ac revisio cameralis, tam facile negabatur, immodicis que sportulis, iusto difficultor reddebat̄. Imo; quin anno 1612. de remedio quodam contra sententias consilii imperialis aulici permettendo & introducendo deliberarent ELECTORES, Brandenburgicus "So wäre auch gestern, inquis, von Ihnen erinnert: den gravatis ein remedium vorzubehalten, damit es nicht bey einem Bescheide bleiben dößte, weil es in allen Gerichten also gehalten" monuit "da mir das remedium Revisionis zu odios; möchte man remedium supplicationis zulassen". Apud MOSERVM ad Capitul. Francisci I. II. Anhang, Extract Churfürst. Wahl. Protocols vom Jahr 1612. bey der Wahl Kaisers Matthiæ pag. 367. sq. Ieff. XII. pag. 486. Huic itaque supplicationi, ut nunc demum odium illud revisionem premens detrahetur, minime opus, e contrario autem admodum necesse erat, ut vel tandem idem illud odium, quo revisio circumdabatur, aboleretur, & illa sibi vel potius æquitati relinqueretur. Ergo verba ista, pro odioso oder unzulässig durchaus nicht gehalten satis emphatica, de revisione potius, quam de supplicatione accipienda esse, sole meridiano clarus adparet.

Caput XII.

Argumento §. eius 2. revisio cameralis odiosa haberi non posset.

Fac vero etiam, & pone contra evidentiam tantisper, verba si nostri hæcce plane non continere diserte, sed unice de supplicatione loqui, argumento tamen eorum, quod ICti vocant, nec revisionis beneficium in posterum amplius pro odioso habendum foret. Si æqualis & inter se paria sunt hæc duo iudicia, cameralē & aulicū, ut quidens revera sunt, Ordin. Iud. Imp. Aul. Tit. II. §. 8. & Capitulaciones novissima, Artic. XVI. §. 7. concurrentem inter se invicem iurisdictionem habentia; cur illud remedium, quod contra unius, non vero etiam illud æque, quod contra alterius, cuiuscunque

dein-



deinceps, iudicij sententias competit, odiosum reputari debeat, nulla plane ratio adparet & caussa sufficiens. Si porro Senatum imperiale aulicum iusto magis præcipui quid sibi tribuere, subinde iam con questa est Camera; & si revera, tanquam *iudicium* & non *consilium* modo Imperatoris, varias actu habet præ Camera prærogativas; quis supplicationem in illo magis, ac quidem revisionem in hac pro odiosa habebit, vel potius odium, ubi diserte detrahitur, ei potius, non vero insimul quoque revisioni camerale detrahit credet? Si denique illa contra ipsas casareas resolutiones, mediatas certe, & per iudicium imperiale aulicum prævio huius ad Imp. vota publicatas competit, & tamen hoc præsertim ipso casu pro odiosa haberri prohibetur, quis amplius revisionem sententiarum camera-lium, quam ipsummet instrumentum pacis Westphalicae, æque ac illam adprobavit, in posterum adhuc pro odiosa haberet, vel legem istius odii prohibitivam non etiam ad hanc extenderet? nec quidquam repugnante revisionis illius camerale natura & indeole, reg. ut dictum, una eademque, effectu *suspensivo* hodie in praxi utrobique destituta.

Caput XIII.

Nec odiosus est effectus revisionis devolutivus.

Sed urges forsan *devolutivum* revisionis, quo etiamnum gaudet, R. I. N. §. 124. effectum, cum contra supplicatio eo carere videatur. At, quo minus hæc differentia vere obstare queat, varia impeditum. Primo namque ipsamet pax Westphalica, qua supplicationis remedium introduxit, revidendis denuo *actis judicialibus* alios & tales quidem consiliarios adhibere iubet, qui concipiendæ & ferenda priori sententiæ non interfuerint, aut certe referentium & correferentium partes non sustinuerint. Posteriori hoc in praxi obtinet & servatur, quod vero prius propter singularem iudicij aulici, omnia in pleno tractant rationem non æque locum habeat, vel ideo nullam supplicationi præ revisione favoris prærogativam consiliare potest, quia secundo ipsi quoque re- & correferentes camerales

les una cum toto senatu, omnibusque eius membris, mortuorumque extractus & relations ad revisionem actorum ab ipsis revisoribus adhibentur, eorumque rationes decidendi audiuntur, & ex-penduntur, imo acta neben denselben verordneten Commissarien und Statthen auch durch den Präsidenten und Bevölkerern, durch welche die Urtheil gefällt, und gesprochen, reyideri iubet *ordinatio. pr. tit. 63.*
P. III. Licet itaque supplicationis remedium in eodem illo collegio & iudicio, tantum ab alio referente, disquiratur, nullusque hic visitationis respectus intercedat; ideo tamen revisio, supplicatione odiorum reputari non poterit, quia *tereo* illi & novi consiliarii & referentes aliquam tamen devolutionis speciem faciunt, quia *quarto* reliqui Cameræ, in quibus causa plane non tractata fuit, senatus, devolutionis illius prorsus expertes manent, & quia *quinto* atque præcipue devolutio illa, qua in revisione contingit, proprie loquendo non est devolutio ad superiore, sed idem tantum, ut in supplicatione ad eosdem, vel saltem æquales. Nam Imp. & Imp. assessores camerales, æque ac revisores constituant, & hi non minus, ac illi Imp. & Imp. consiliarii sunt vel iudices subdelegati, Imp. & Imp. non vero præsentantes & delegantes suos repræsentantes. Consequenter devolutio illa non tanta est, nec talis, qua revisioni ultim vel saltem præ supplicatione maius odium attrahere posset. Cum prorsus nihil intersit, quoquo modo illi constituantur, qui sententiam vel ferre, vel revidere debent, modo ab uno eodemque superiore, veluti hic ab Imp. & Statibus, sive omnibus, sive quibusdam, sive per præsentationem, eamque vel virilem, vel circularem, ut in camerali, sive per deputationem quandam, ordinariam vel extraordinariam, & secundum eius schema comitiale determinentur & subdelegentur *revidentium* persona.

Caput XIV.

Nec novitas ei odium parere potest.

Solet alias *novitas* rei alicuius singulare ei *odium* comparare,
 maior autem ætas & antiquitas favorem atque benevolentiam ei
 D con-



conciliare. Iam vero supplicatio nova est, & tamen non permittitur, beneficium eius habere pro odio. Revisio autem est antiqua, supplicatione multo antiquior, ordinationibus quippe anno rum 1548. & 1555. plenissime iam stabilita, & singulari tamen premeretur odio, ni nostrum capitulationis passum de illa aequa ac de supplicatione intelligeres. Imo revisionem non solum antiquam generatim, sed & Cameræ ipsi coævam, imo ætate adhuc superiorem, consequenter eius odio indignam esse, ex supra deductis luculenter adparet, prout illud Io. ANDR. HOFMANN in solidissima praxi Imp. §. 2392. P. III. p. 199. (c) iam observavit.

Caput XV.

Finis & scopus eius est maxime favorabilis.

Nec porro est, cur putativum illud odium, saltem camerale, fini & scopo revisionis, tribuatur, cuius intuitu pariter favorable potius, quam odiosum videtur. Est quidem ille, prout in legibus ipsis exprimitur, duplex. Alter partes litigantes, alter vero camerales spectat. Ille certe, ne scilicet cuiquam iniuria fiat, vel ius suum denegetur "damit niemand an dem Cammer-Gericht unrecht geschehe" uti generalis modo & vagus, ita quoque omni prorsus respectu favorabilis est, cum partium non laedendarum, tum iudicantium, suum cuique tribuere quam certissime intendentium intuitu. Hic vero, quem *conceptum ordinationis cameralis* P. III. tit. 63. pr. aequa ac *ordinatio cameralis* ipsa de anno 1555. P. III. tit. 53. pr. aequa ac iam R. I. de anno 1532. Tit. III. §. 26. sic exprimit "damit auch Cammerrichter und Beyfliger desto fleißiger seyn, so sie besorgen müssen, daß die Acta folgends nach gesprochener Urtheil auch beschäftigt werden" ipsis camerilibus non magis odiosus dici poterit, quam omnis illa diligentia & dexteritatis in legibus nostris iudicariis tories repetita commendatio & inculcatio, quid quod quam ipsum, quo illi adstringuntur, iuramentum officiale. P. I. tit. 71. Ideo autem revisionem odiosam perhibere, nihil aliud foret, quam ipsam supram Imp. & Imp. in universem rem Cameræ iudicariam, inspectio-



spectionem odio prosequi, vel eam pariter odiosam perhibere, cum illa omnis, uti visitationis, ita quoque revisionis cameralis fons sit & scaturigo. *Nihil interest, eximie scribit b. LVDOFVS in Obs. CXVII. pag. 30. 31. Cameralis iudicij, an revisio interponatur; magis vero refert, ut sententiarum vis constat.* Tantum quoque abest, ut omnis revisionem petens prioris sententiae auctores erroris iuris, &c., vel negligentiae, vel imperitiae accuset, quin potius hodie citra omnem eiusmodi culpam, eiusque notam sententia ferri possit, qua vicus sese gravatum putet, & reapse quoque gravatus fuerit. Si modo diversitatem sententiarum atque opinionum, nec non illam arbitrii iudicis latitudinem consideres, qua duo unam eandemque causam aliter & prorsus diversimode considerare atque decidere omnino possunt, licet neutri eorum error quidam imputari, vel alteruter ullius negligentiae aut imperitiae accusari possit. Quantus est ipsorummet collegiorum dissensus! Quanta iudiciorum varietas! An non sententia citra omnem subinde indicant culpam & dolum tamen esse potest casus fortuitus? Conf. SEBAST. de MEDICES in tr. de cas. fort. P. 2. qu. 12. n. 2. & Perill. 10. AD. L.B. de ICKSTATT oratio, an sententia iudicum inter casus fortuitos referenda? Eurythmia. Eius politica Wirceb. 1736. subiuncta. Quanta tandem est votorum & sententiarum unius eiusdemque collegii adfessorum diversitas, unde deinceps illorum vel pluralitas, vel paritas. Digna est, quae de hac sententiarum contrariate legatur, erudita Diff. CAR. LVD. WIL-
LIT de sententiis contrariis eodem tempore circa idem negotium litigiosum lati, tum ex iure civili, tum pontificali, tum Germanico & publico & ecclesiastico consideratis. Marb. 1758. Multo minus itaque revisionem petens iniuriam facit iudici, & adfessoribus Camerarum, omni veneratione longe dignissimis. Non solum si iusta ad revisionem sive potius reformationem sententiae ipsam adhuc gravamina, arg. L. 20. C. de appell & consult. qui enim iure suo utitur, nemini iniuriam facere censetur, L. 13. §. 1. de iniur. & L. 55. de R. I. He. BALTH. RÖTH de remed. revis. aversus sentent. Camera imp. Jen. 1680. Cap. III. §. 16. p. 19. 20. Hinc, licet aliquando initique contra sententiam suam revisionem petitam fuisse, putaverint

Camerales, & de hac iniuria coram Revisoribus conquesti fuerint, communicationem gravaminum contra sententias suas exhibitorum petentes, hanc ipsam tamen illis denegatam fuisse, refert A D R. GYL-
MAN N V S in symb. supplic. Tomo V. fol. 394. ubi sequens decretum legitur: "der Römischen Kaiserl. Majestät Commissarien, auch der anderen visitirenden Stände verordnete Revisoren, lassen es auf Cammer-Richter und Beysitzer wegen Communizierung deren in beiden Revisions-Sachen B. wider O. und S. gegen F. einkommener gravaminum beschéhenen Begehren bey der Cammer-Gerichts-Ordnung bleiben, und ist hierauf gedachtē Cammer-Richter und Beysitzer die gesuchte communication hiermit abgeschlagen. Decretum in Consilio Dominorum Revisorum, 27. Maii 1582. Add. & illud, quod *ibidem p. 401.* legitur, decretum Consilii Dominorum Revisorum 29 Maii anno 1583. in causa O. contra B. "In Revisions-Sachen, Herrn B. (ayern) Klägern, wider O. (rtenburg) Beklagten (conf. Cammergerichts-Archiv P. V. Vorbericht § 53. p. 37.) erkennen der R. K. M. Commissarien und verordnete Revisores, daß Cammerrichter und Beysitzer beschéhener Eindringen unverhindert, den ausgeschriebenen und denunciirten Revisionen statt zu geben schuldig, doch ihnen ihre gebührende exceptiones (qua tamē, ut ex all. l. patet, non nisi ipsius cause qualitatem, quod nempe non sit revisibilis, minime vero ipsius cause materialia concernebant) unbenommen, sondern hiermit vorbehalten," sequebatur vero nihilominus reformatoria ZACH. VIETOR tr. de Exempt. Imp. eiusque mantissa ad Relat. stat. Non enim in revisoriis est inter Cameram & victimum, sed adhuc, uti antea, inter victimum & vincentem. Illa iudicis officio mox functa est, quam primum sententia promulgata. Quodsi vero etiam *revisio* ab initio suo odiosi quid intuitu cameralium continuisset, vel propter ulteriora *ordinationis* verba "Sachen, ordnen und wollen wir, wo einige Parthen hinsürter vermeynt, daß sie durch Cammer-Richter und Beysitzer beschwecht und unrechtfähige oder nichtige Urtheil wider sie gesprochen" etiamnum alere videretur, hoc omne *Syndicatus* potius, quam revisioni tribuendum, atque ad illum potius, quam hancce referendum. Cum titulus iste Partis III. 63. de revisione & syndicatu "von Revision und Besichtigung der Acten und gesprochenen Urtheilen am

am Syndicat der Urtheiler, und wie es mit dem allen gehalten werden soll" distinctis licet & diversis remediis, agat, hocque omnino odiosum sit, & pœnam dolose iudicantium persecutur, non vero, uti contra revisio, reformationem ipsius sententia intendat, sive ut rem distinctis ordinationis verbis exprimam, ibidem mox sequentiibus: "und derhalben gedachte umb Straff ungerechter Richter (in syndicatu, vel civili, vel criminali) oder reformation und Bessezung solcher Urtheile anzuhalten."

Caput XVI.

Formalia revisionis nullum ei pariunt odium.

Denique nec *formalia*, revisioni vel in ordinatione camerali, vel in recessu imperii, novissimis, præscripta atque in capitulatio-
ne supposita "wann die formalia ihre Richtigkeit haben" ullius odii
argumenta esse, vel minimum ei fomitem præbere possunt. Par-
tim, quod ibi non ad odium, sed ad denegationem æque ac diffi-
culturam immodicarum sportularum referantur, hæcque duo "je-
manden zu versagen" & "durch unmäßige Sportulen schwer zu machen
tum demum prohibeantur, si formalia rite se habeant, odio iam ante-
cta detracto" pro odiose oder unzulässig durchaus nicht gehalten, und
wann die formalia ihre Richtigkeit haben, niemand versaget, weder
durch unmäßige Sportulen schwer gemacht werden solle" adeo, ut,
docente verborum structura, præceptum "das beneficium Revisio-
nis pro odiose durchaus nicht zu halten, & prius & generalius multo
sit, sive formalia sese iam rite habeant, nec ne, quippe quorum
illud ad ipsam deinceps actualem revisionis admissionem & promo-
tionem spectat. Partim vero etiam, quia nulla prorsus a formalibus,
fatalibus, solemnibus alicuius instituti & remedii, quibus præ-
fertim illius abusum cavere & avertere student leges, ad theticum
atque legale eius odium est consequentia. Antestor hoc nomine vel
solas ultimas voluntates, & scrupulosas atque subtilestes testamentorum
solemnitates. Conf. GVIL. HIER. BRUCKNERI Diff. & DIET.
HERM. KEMMERICHI pr. de favore ult. vol. & testamentorum,

D 3

Jene

Jene 1721. & 1736. Io. SAM. STRYKII de favore testamentorum non favorabili Hal. Progr. 1702. edito & P. LEYSERI iniquitate testamentorum Helm̄f. 1727. descripta, nonnisi eorum abusum comitante, de qua inter alios non male HE. BODINVS Hale 1704. differuit. Restringi quidem solent, quæ odiosa sunt. Cap. 15. de R. I. in 6. At ideo non omnia, quæ restringuntur, odioſa sunt. Remedium, quod leges satis iam determinarunt variisque restrictionibus & formalibus exornarunt, neque ulteriori restrictioni, neque adeo etiam odio ſubiiciendum est.

Caput XVII.

Patrocinatur revisioni favor appellationis.

Notissimus ad extreum atque testatissimus est *adappellatōnis* favor, per quam quippe non ſolum imperitia & iniqūitas iudicantium corrigi, L. 17. de min. L. 1. pr. de appellat. ſed etiam opprēſſa per errorem vel gratiam cognitoris ſalvari queat iuſtitia. L. 29. C. de adappellat. Et habet quidem favor adappellatōnis ſeſe eodem fere modo, quo e contrario ſeſe habuit olim & habet etiamnum odium reuifionis, ita, ut, ſicut hanc omni modo reſtrīgēndam, eiusque beneficium coarctandū; ita contra illam omni modo ampliāndam, promovendā, atque ab utroque iudice, & inferiore & ſuperiore, admittendam eſe ſtāuant. Nec male. Iam olim Impp. in LL. 15. 22. 29. 33. 51. 58. 59. 60. Cod. Theodos. de adappellat. variis peniſ ſatis rigorōſe iudices ad omnes omnino adappellations, quācunque fuerint interpoſitæ, accipiendas adſtrinxerunt. "Quasi vero appellatio ad contumeliam iudicis, non vero ad privilegium, iurgantis inventa ſit, vel in hoc non æquitas iudicantis, ſed litigantis debeat considerari utilitas." ſunt verba CONSTANTINI M. in L. 11. Cod. Theodos. de appellat. Add. L. 42. eod. Conf. WILH. ARNOLDI BERTRAM Diff. de relatione iudicis inferioris ad ſuperiorē, deque inani apoftolorum refutatoriorum uſi circa ſuceptam appellationem, Gatt. 1752. idoneis argumentis favorem appellatiōnis eouque extendentis, ut hodiernum iudicem, inferiorē ad omnem

10.

omnem omnino appellationem suscipiendam, nisi quæ in legibus
expresse vetita reperitur, obnoxium esse statuat. Iam vero, quis
est, qui appellationis formalia, quæ & *fatigia*, a Io. FUCHSIO Kilon.
1675. & *solemnia*, etiam *cameralia*, a Io. PHIL. Ios. de PRATO
Giffa 1735. delineata, nesciat, vel en illam unquam odiosam fe-
cisse, vel illam propterea unquam pro odiosa habitam fuisse, credat.
Nec pauciora sunt illa, nec minora, imo plura & angustiora, quam
revisionis formalia utrique certe communia. Proyoco ad summam
adpellabilem, R. I. N. §. 114. quam ex instituto singulari *Diss. Ha-*
le anno 1710. prosecutus est IAC. FRID. LUDOVICI. Ad iura-
mentum adpellationis, R. I. N. §. 115. de quo & W. GABR.
PACHEBL a Gehag, Lipsia 1685. & Io. CAROL. KOENIG
Marburgi 1745. disputarunt, ad pecuniam succumbentia, de qua
B. Io. GOTTL. HEINECCIVS Hale 1736. sub titulo: de pecunia,
in casum, si causa ceciderint, ab appellantibus, alioque remedio
utentibus, deponenda, vulgo von Succumbenz, Geldtern, ad cau-
tionem denique appellationis solemnem, de qua Io. IEREM. BREI-
DENBACH Marburgi 1746. scripsit. Est illa adeo commune & favora-
bile beneficium, ut, licet utroque effectu, & devolutivo quidem semper
gaudeat, R. I. 1594. §. 93. 94. & N. §. 106. 107. B. CANC. BOEH-
MERSV in *Diss. de executione pendente appellatione valide facienda*,
Hale 1734. & licet omnia querelarum de eius abusibus sint plenif-
fima; R. I. N. §. 120. Conf. LVDOLPHI HVGONIS *consultatio*,
de abuso appellationum tollendo, & Camera imperiali immenso earum
cumulo levanda, Guelpherb. 1662. & GVIL. HIER. BRUCKNERI
Progr. de abusibus appellationum tollendis, Ien. 1707. nec statuto,
nec ullo alio modo, si vel iusurandum acceperit, tolli, impediri,
& restringi queat, per leges & autores apud ILL. PÜTTERVM
in *nova epitome*, §. 303. p. 178. 179. & ipsa eius, spontanea licet,
renunciatio & abdicatio, de qua & B. GABR. SCHWEDERV,
Tub. 1703. T. I. p. 869. & Io. PHIL. STREIT Erfordia 1713.
nec non GE. LVD. BOEHMERYS Göttinge 1755. egerunt, diffi-
culter credatur.

Caput



Caput XVIII.

De legali argumento ab appellatione ad revisionem.

Ex quo igitur revisionis remedium appellationis beneficio in R. I. N. §. 124. "Nach Verathschlagung des puncti appellationis haben wir — wegen Abkürzung der Revisionen," proprius iunctum atque velut æquiparatum, simile factum, sive argumentum ab appellatione ad revisionem, iam olim, teste BENDER O in proæmio num. 2. p. 2. frequentissimum, duobus eximiis prorsus *causa* scilicet, uti appellabilis §. 106. ita quoque revisibilis §. 125. "In Fällen, da die Appellationes, vermög gemeiner Rechten, nicht zulässig: sollen auch die Revisiones nicht statt finden," & *summe*, uti appellabilis §. 112. 113. 114. ita quoque revisibilis §. 127. zu Abkürzung der vielfältigen Revisionen sollen gleich wie eine gewisse summa appellabilis, also auch revisibilis &c. exemplis, legitimum veluti, certe fortius, quam illud, quod ex *Ordinatione P. III. tit. 53. §. 4. & concepto P. III. tit. 63. c. 13.* petitur, redditum fuit, iure meritoque omne pristinum eius odium cesset, illaque potius appellationis favore identidem fruatur. Nihil illud argumentum hodie infringat aliud, quam differentia utriusque remedii specifica. Est enim revisio *in se*, non *loco* appellationis, licet specifice ab hac differat. Ea vero sola excepta, argumentum R. I. N. §. 125. ab appellatione ad revisionem absolute valet. *Perill. de Cramer.* §. 15 16. adeoque pergens, "ubi nullum gravamen, ibi nulla revisio, ac regula est: quæcumque clare de revisione in legibus non statuta, illa utiliter ex eis defumenda, quæ de appellatione disposita; consequenter, quæcumque causa & sententia appellabilis, illa etiam revisibilis, quæcumque vero non appellabilis, illa nec revisibilis est." Agnovit hoc argumentum B. de LVDOLF in *observ. forensi CXVII. pag. 27. 28. Tomi II.* Agnovit illud pariter Dn. de SCHELLWITZ §. 4. p. 3. ubi "primo placuit, ne deterioris esset conditionis supremum Cæsaris & Imperii tribunal, ac iudicium quolibet inferius, in omnibus illis causis revisionem non admittere, ubi appellationem ius commune respuit."

Id



Id quod deinde latius persequitur ille. Add. PHIL. IAC. RASOR
in Disp. de remedio revisionis adversus decreta extrajudicialia rel.
Gisse 1752. §. XIII. sq. pag. 9. sq.

Caput XIX.

Reliquiae pristini odii revisionis in huius doctrina & praxi.

Quemadmodum vero in vario iure plane non insolitum est, ut, abolido licet & abrogato expresse principio quodam, varia tamen nihilominus eodem adhuc modo retineantur & continentur conclusiones & consequentiae ex illo, hasque praxis & tritura forensis non statim derelinquere vel aliter inflectere queat: ita quoque multas adhuc & varias in hunc usque diem observare licet, pristini illius revisionis odii, nondum plane mortui, satisve sepulti, sed semper recurrentis rursusque propullulantis reliquias, in doctrina æque ac viridi adhuc praxi vigentes, nec tamen cum detractione & negatione odii legali in posterum amplius compatibilis. Indicabo nonnullas, ut dictis fidem faciam, minime vero omnes, quæ detegi possent, si altius investigarentur, ne illas quidem latius persecuturus, sed & tempori, quod & illas odii revisionis reliquias mitigabit, & in primis submissæ illi spei relieturus, quam in visitationem cameralem, feliciter iam incoatum, eiusque finem & eventum iure meritoque collocamus.

I. Sic statim ex pristino illo revisionis odio camerali adhuc hodie, abrogato licet odio, supereft, quod nulli prorsus persona, camerali iudicio singulari juramento devinctæ, speciatim nulli procuratori & advocato, vel minutas revisionis partes impune expedire, illam indicare (ne dicam, quod omnino debitam ei reverentiam laderet, minari) interponere, introducere, vel alias ad illam concurrere licet. Conf. Exc. Dn. D. CHRIST. HENR. HILLER in Disp. de concursu & electione utiliori remediorum contra sententias in supremis imperii tribunalibus latas, Praefide B. SCHWEDEIRO Tub. 1717. habita,

E Cap.



*Cap. II. §. 3. in Tomo huius Disp. II. pag. 381. 382. 10. GE. SEE-
LIG in Disp. de revisione auctorum propter denegatam R. I. I. Marb.
1747. §. 9. n. 3. p. 7. PÜTTER all. l. §. 441. p. 267. Perill. de
CRAMER §. 1528. p. 432. Exc. Dn. D. TAFINGER scđt. IV. iii. 6.
§. 1047. nota 1) pag. 880. ubi : "sic dictavit Camera Doctori Goy
d. 17. Iulii 41. Die Straße nach Ermäßigung, quod in causa Me-
rode contra Voets per recessum indicaverit, suum principalem in-
terpositurum esse remedium revisionis." Simile fere praividicium
de d. 4. Iul. 1639. refert RODINGII Commentator pag. 1015.
Contra revisionem vero partis revisæ procuratori & advocate ca-
merali, in residentem omnia licent. de CRAMER §. 1529. & obs.
369. T.I. p. 799. qui & ipse §. 1528. notat, Agentibus iudicij Imp-
aulici supplicare omnino licere. MOSER scđt. II. §. 12. ESTOR
§. 1641. n. 1. SEELIG all. l. "prout etiam nulla lex desuper sup-
ponit," unde illud etiam *formale* esse concedere non possum. Ad-
hibentur igitur *notarii* Casarei, quicunque, etiam *immatriculati*,
sed non iurati. Audias LVDOLFVM in obs. CXVII. pag. 30. To-
mi II. sic differentem. "Credebatur aliquando, sed absque funda-
mento, matriculam cameralem notariorum impeditre, omnes albo
inscriptos a negotio revisionum, quod tamen ita non est. Testi-
monium præbet scientia notarialis (matricula) non vero obligatio-
nis vim habet, erga iudicium Cameræ, neque in album notario-
rum relati præstant huic iudicio iuramentum." Add. Ei. *ius Cam-*
scđt. II. §. 7. n. 2. p. 325. Sunt quidem hi notarii, procuratoribus
cameralibus minime comparandi, sed inferioris longe subsellii ho-
mines, quod LVDOLFO largiendum, nec ideo fatem persona cam-
erales, harumque foro & immunitatis gaudentes. At sunt tamen
illi, eodem fatente, eorum, qui revisionem introducunt, manda-
tarii, qui & exteri quicunque eorum consiliarii & procuratores,
secus ac in Rest. I. I. Vid. ill. TAFINGER obs. cam. XXIV. pag. 115.
esse possunt. Nihilominus autem ad imitationem procuratorum & ni-
gra veste induiti & palliati in audiencia comparent solent illi, nec ad-
mittuntur intra cancellos, nec prius audiuntur, quam post absolutos
ordines recessuum Procuratorum omnium, facile sic præcludendi.
Et indicare se debet talis notarius, ei, qui audiencia præsidet, ne
in-*

indicta causa vix finitis ordinibus procuratorum voce sua erumpat notarius. Vti scribit LVDOLFVS. Imo recessum suum ei antea exhibere debet, de CRAMER §. 1544. pag. 437. Wezlarer Practicant pag. 37. §. 32. Cel. HOFMANN §. 2238. P. III. pag. 50. ne scil. quid reverentia contrarii contineat, quippe quam nullo modo lèdat talis introductio, salvo semper, ut in appellatione, iudicis a quo honore & respectu.

Quia vero revisionis introductio præcise intra 120 dies, & tamen in audiencia publica, iudicialiter, inque hac non solum ultimo, sed etiam post omnes omnino caularum recessuunye *ordines*, fieri debet, sive fieri posset, ut postremum tempus in ferias, si quæ forte circa finem fatalis sunt, præsertim longiores incidat; imo etiam post ferias, si audiencia iterum incipient, *Ordo novarum*, qui ultimus, aliquot saepè hebdomadibus ad finem perduci nequeat, sive dupli modo & ratione revisio, non valde mature *Moguntia* interposita, *Wezlarie* ab introductione sua præcludatur, terminusque ille fatalis interum elabatur, dum vel feriae durent & audiencia plane cessent, vel ordo novarum revisionis notarium tangat id que citra omnem revisionem introducturi culpam, sua quippe iudicialiter peragere non valentis, cum nec procuratorum circulos turbare, illorum ordines interrumpere, nec quoque extraordinariam recessus sui revisionem introducentis admissionem, ex speciali quadam gratia, sperare ei liceat; de SCHELLWITZ §. 24. p. 33. sed vid. in de CRAMER §. 1544. p. 437. tunc certe, si hic quoque ab appellatione ad revisionem argumentum procederet, salva res foret, cum in Camera imperiali terminus, intra quem appellatio iudicialiter introduci debet, in feriis non currat, sed tuto absque metu pena desertionis in prima post ferias audiencia reproducatur. GAIL. L. I. obs. 140. n. 6. C. O. C. P. III. tit. 34. §. 11. BLVM. tit. XLIX. §. 32. ill. de ZWIERLEIN ad illum locum, quem usus fori ad omnia alia intra certum terminum peragenda produxit. At uegavit hancce consequentiam & applicationem rationibus hand contemnendis de SCHELLWITZ §. 18. 19. 20. 21. 22. & 24. pag. 24-33. quarum illa mihi in primis satisfecit, quod, si Camera post quatuor menses, propter quamcumque rationem, in primis vero, quod non



fuerit agendi facultas, revisionis introductionem adhuc admitteret, illa effective & materialiter contra lapsum illius fatalis & supra potestatem suam, solis Revisoribus competentem, in integrum restituere. Ita namque sentientes a nota odio illius absolvit consilium, omnia in introductione producenda per supplicam iusto tempore extrajudicialiter exhibendi. §. XXIII. pag. 31. 32. Conf. obs. Crameriana 369. T. I. p. 799. & 461. Tomo II. P. I. p. 41. sicuti quoque documentum cancellariae Moguntinae, Electore absente admitti, exemplo revisionis Wurtembergico-Badenis docuit ille, §. XII. p. 23. Cum scripta leges nullibi praecipiunt, revisionem praecite judicialiter in audiencia publica introducendam esse, quippe quorsum reliqua in §. XIII. p. 23. 24. e LVDOLFI obs. CXVIII. T. II. pag. 31. 32. deducta argumenta plane concludunt, si omne prorsus odium revisionis seponas.

II. Arcem causarum invadit questio, utrum non solum praecavendum sit, ne revisio, & que ac appellatio praesidium nequit sit, ne admittantur frivola revisiones, ne lites immortales fiant, & usus revisionis in abusum, ad eludendum iudicati effectum, degeneret; id quod amplissime concedendum per illustri de CRAMER. §. 1530. 1538. 1539. p. 432. 435. An vero, quod *Idem* voluit, remedia revisionis & supplicationis multo magis ita coarctanda sint, ut adhuc difficultius, quam appellatio, locum invenire queant, alia est questio. Vereor enim, ne sic ex odio illorum in ipsam capitulationem impingeretur, utrumque non solum non pro odio habendum, sed & minime coarctandum vel difficile reddendum (schwer zu machen) esse, praecipientem.

Sit III. fatale quatuor mensium etiam ratione initii continuum, & currat statim a die publicata, non insinuata, sententiae; per illud de CRAMER §. 1531. p. 433. & obs. iuris univ. CCCLXIX. Tomo I. pag. 791. In eo tamen non differet a fatali appellationis, quod hoc ampliandum, illud vero coarctandum foret, sed in eo tantum, quod hic publicatio & insinuatio sententiae, quam procurator mox audit, coincidant, illudque contra a die notitia demum currat, si gravatus procuratore apud acta non haberetur. *Idem* §. 1533. p. 222. Add. Obs. MIII. Ne dicam, contra illud, secus ac contra hoc dari

R. I.

R. I. I. Wechl. Nebenstunden P. XXXIX. num. 4. & P. XLII. num. 4.
Sicut nec antiquo revisionis odio, ceu reliquiam eius, adscribo,
quod singuli menses pro 30. saltem diebus computentur, licet inter
4. menses duo certe esse queant 31. dierum, quod 122. vel 123.
dies faceret. Primo namque haec computatio generalis est in Ca-
mera, C. O. C. P. III. Tit. 10. §. ult. & secundo vel solus Februarius
æquilibrium restitueret.

IV. In hoc autem ingens odii istius reliquia lateret, si ultimi
dies 119. & 120. non amplius patarent interponendæ & introducen-
dæ revisioni. Concessit id LVDOLFVS dñe in obf for. CXVIII.
Tomo II. pag. 27. quanvis in *commentatione systematica*, sect. II. §. 7.
n. 18. revisionem nimis cunctatam pro deserta habendam esse, il-
lamque neutiquam valere putaverit, cuius introductio nimis circa
finem fatalis reiecta fuerit, inconstanti certe philosophia. In quo,
quod SCHELLWITZVS ei adsenserit §. XIV. p. 24. eo magis mi-
randum, quod illustre quoddam e prædicta ibidem, in nota r) p. 25.
adduxerit præiudicium in contrarium, cessante præsertim hic ul-
terioris inquisitionis necessitate, sicque etiam adducto e R. I. N. §. 67.
& Rec. Visit. N. §. 50. appellacionis argumento, nec simpliciter ve-
ro, nec in odium revisionis retorquendo, quod ei in favorabilibus
non ubique concedi vult.

V. Quia remedia revisionis & supplicationis magis coarctanda
haud forent, noxior praxis prorogationem termini ad producenda
mandata specialia denegare non deberet, prout tamen fieri, testatur
per ill. de CRAMER §. 1538. p. 435.

VI. Ne usus revisionis, contra leges, difficilior reddatur,
sententia contra quam originale *sub aquila* e cancellaria camerale
non præcile postulandum, sed & copia (velut ab ipsomet Archi-Can-
cellario *ibid.* §. 1539. vidimata admittenda foret.

VII. Ex eodem principio sufficeret antiqua præclusionis ab
ulterius exhibendo grayaminum revisionis libello pœna, si ad hoc pro-
rogatio sine allegatione & documentatione impedimenti legalis eum
intra terminum exhibendi petita fuit. Sed ob nimium abusum
remedii revisionis, & stylum nimis variantem pœnam exasperandam
& desertionem statuendam esse, statutum fuit die 17. Iulii 1760.

E 3

Conf.

Conf. de CRAMER §. 1552. p. 441. Eiusdem Wezl. Nebenstuis-
den P. I. n. 7. & P. XXI. n. 11. de SCHELLWITZ §. XXIX. p. 39 sq.
cum tamen & aliqua tantum gravamina deducere, ulteriorum au-
tem deductionem reservare licet. GAMBS. ad R. I. N. §. 125. &
de CRAMER §. 1536. p. 434.

VIII. Sic porro effectus revisionis suspensivus tum non denegandus erit, cum sententia eiusque executio damnum inferret revera, & non saltem praetextu, irreparabile. BENDERVS Concl. X. n. 17. HERTIVS in Disp. de revis. th. 13. n. 2. MOSERVVS SeH. 7. §. 32. Licet enim lex nostra illum generatim negans haud distinguat, de CRAMER §. 1562. p. 443. cautionem tamen postulat, cuius finis & potestas circa damnum irreparabile locum non habet.

IX. Rectissime quidem idem ille Vir perillustris monuit §. 1571. p. 447. & in Obs. CCCLXVIII. T. I. p. 751. deduxit, in genere §. 124. de cautione revisoria ad vexam partis revisæ extendendum non esse. At, ne idem in odium revisionis & partis revidentis fiat, pariter æquum est & iustum.

X. Odium spiraret, si revisio ab acceptata cautione pro sufficiente non administeretur, Wezl. Beiträge P. I. n. 30. nisi punctum cautionis solius Camera cognitioni reservasset noster capitulationis locus. Quorsum etiam invatoria unice referenda.

XI. Potest sententia camerale in revisorio confirmari tota, licet revisio ipsa minima frivola fuerit, vel pro tali declaretur. Alias enim confirmationem eius semper & condemnatio in expensas & poena temeritatis sequi deberet, cum tamen subinde rationes strinque arguales esse queant, & difficilis decisio.

XII. Sicut etiam revisio frivole interposita haberi non poterit, si sententia camerale partim con- partim vero re-formata fuerit. MEVIVS, P. VII. Dec. 241. HEINECCIVS in Disp. de pec. succumb. §. 28. p. 35. in f. HOFMANN in der L. Et. Praxi §. 2404. P. III. p. 212. Quo casu & sportula & pecunia succumbentibus deponenti restituenda erunt, iustissimo illorum, ut & perillustris CRAMERI arbitrio. §. 1584. pag. 451.

XIII. Cui tamen subscribere non possum, ab omni revisionis odio alienus, revisionem, cui renunciatur, pro frivole interposita habenti

benti, sportularumque restitutioñem neganti, §. 1582. si modo tempestiva fuerit illa renunciatio vel & transactio, cui diserte favet R. I. N. §. 126. praxi tamen pristinum illud odium hoc in passu etiamnum adhuc exercente, §. 1583. p. 451.

XIV. Rectius multo is *Iudeos*, eorumque iuramenta admittit, §. 1558. pag. 442. sicut contra perperam & frustra *Mennonistas* heic arcet ROTBERG in *Disp. de iusta revisionis sententiarum camera-lium restrictione*, Gifse 1766. habita, §. XIX. pag. 20. 21. 22. 23. Argumenta eius, si malitiam, simulationem, contumaciam exclusas, uti etiam heic prorsus excludenda sunt, verumque *mennonistam*, talemque supponas, cuius conscientia vis fieret, si iurare, vel iniuria, si revisio eius ideo saltem pro deserta haberet, non alia sunt, quam quod abusus revisionum sit cavendus, & quod iuramentum hoc contra frivolas revisiones sit introductum. At suppone usum pro abusu & loco frivola*e iustam* quandam revisionis petitionem. Favet *Mennonista* analogia *appellationis*, quam is perverse*argu*mentandi rationem a diversis vocat. Putat, revisionem remedium esse, *appellatione* minus favorable, (odiosum illud dicere non audet) & ex aperta legislatorum intentione omnimode restringendum. Et tamen prohibet capitulatio diserte, illud jenand zu versagen, und schwer zu machen, loco restrictionis omnimodam potius promulgationem iniungens. Sit dispositio R. I. N. §. 125. universalis, generalis, simpliciter & citra ullam distinctionem vel exceptionem facta. *Mennonista* enim veri alleveratio religiosa, bey Mannenwahheit, vi arrestatorum eorundem magistratum, velut *Hamburgensis* ibidem p. 22. adducti, aque iuramentum erit, saltem aque eius animam devinciet ac quidem *Iudei* suum iuramentum, quod tamen admittitur. Conf. ABRAH. KÆSTNERI progr. vel thema IIIX. de *mennonistarum circa iuriurandum superstitione*, pag. collectionis eorundem X. Lipsie anno 1736. edita 61-57. qui & rationes eorum refellit & contrariam eis praxin Saxoniam, sed superioris seculi adducit.

XV. Ulterius in odium revisionis vergeret, si summa revocabiliis ultra causas pecuniarias extenderetur.

Si XVI. interesse & usura, ubi quidem sola sunt sine forte, a revisione arcerentur.



Si XVII. adhæsio in revisorio negaretur, vel revidentis renuntiatione tolleretur; MOSERVUS secl. IV. §. 24. de SCHELLWITZ §. XI. pag. 20. 21. 22.

XVIII. Si perfonis cameralibus absolute negaretur, RASOR in Disp. de remedio revis. contra decr. extraiud. pag. 81.

XIX. Si propria mandatorum ad iurandum subscriptio ab Electoribus atque Principibus ipsis, singulisque eorum collegiorum regiminis in revisionis petitionem consentientibus membris, sine legum præscripto, nimis rigide & sine omni plane abbreviatione, ROTBERG §. XXII. nota b) p. 28. de SCHELLWITZ §. VI. exigetur, quippe quod coarctando revisionis usui inservire posse, Perill. de CRAMER §. 1547. p. 439. monet, sed & plura formalia revidenti iniungeret.

Si XX. iuramentum revisorum ab illis quoque Statuum consiliarii & praefecti exigeretur abscline, qui tamen alias a iuramento appellationis, de CRAMER §. 1261. p. 362. & a iuramento calumniæ, quale tamen revisorum illud revera & tantum est, Magnis Dn. PRÆSES in tb. de revisione cam. 32. sq. nimis rigide exigetur, immunes sunt, per R. I. N. § 43. Nec ratio HERTII de revis. tb. 20. p. 66. quod hoc remedium habeat multa singularia, nec tria, qua Dn. ROTBERG §. 16. 17. 18. p. 15. 16. 17. 18. adduxit, argumenta faciunt satis. Vrget intentionem legislatorum, revisionem quovis modo restringendi, splendorem Cameræ, & quod huic non competit ius, in temeritatem & mentem frivolam revidentis advocatae animadvertisendi, quia de materialibus non cognoscat. At prius illud ipsum in quæstione est, nec concedi potest, ultra quam leges ipse hoc remedium restrinxerunt, cum præsertim novissimæ illud pro odio habere, denegare & difficile reddere diserte prohibeant. Quis itaque adhuc hodie revisionem remedium audax & exorbitans dixerit? præter eum. An non splendori summi huius tribunalis quæcunque alia calumnia æque contrariatur, quam tamen euilare non tenentur Principum consiliarii. Et cur illa in temeritatem revisionis (aliter quam circa formalia) inquirere & animadvertere opus haberet, cum de materialibus cognoscere non licet illi, quicquid in contrarium voluerit SCGum Cameræ de die 5. Febr. 1619. per

per decretum visitationis novissimæ non sublatum, apud SIPMANVM in *systemate invisdictionis supremæ Imp. R. G. præcipue cameralis*, 8. Frf. 1758. P. II. tit. 8. §. 156. 160. pag. 311. 315. qui illud ceu legem observari testatur in Camera, at §. 2. artic. XVII. Capit. noviss. A revisoribus, a quibus proinde omnium illarum manifestarum veteris odii revisionis reliquiarum abolitio si non in thesi, per modum legis, certe tamen in *hypothesi exspectanda* est. Nihil addo amplius, quam hoc unicum, quod nempe notoria ista odii revisionis derogatio, non quidem regulam & thesin, nihil novi, ne a reviso quidem, admittentem, at rigorem tamen & excessum eius moderari, nonnullaque exceptiones, de quibus vid. BENDERVS *concl. XVI. num. 17. sg.* PVENDORF in *Proc. ov. pag. 636.* §. 9. von GEHREN in *Disp. de R. I. I. contra concluſa Jud. Imp. aul. Marb. 1744. §. 26. p. 13.* HOFMANNI *T. Rechts-Praxis* §. 2665. nota i) P. III. p. 489. & sicut in R. I. I. antiquorum cum novis, ita quoque in Revisione, vel quasi novorum cum antiquis cumulationem, admittere deberet.

Caput XX.

De odio & favore iuris.

Miraberis sine dubio B. L. te legendo ad calcem huius meæ opellæ pervenisse & nihil tamen adhuc de odio & favore vel generatim, vel quatenus in iure spectatur, speciatim deprehendisse. Sed defines omnino mirari, si paullo altius consideraveris, partim quod generales odii & favoris notiones, etiam quatenus ad ius referuntur, satis in vulgus notæ, quoad propiorem vero & curatiorem carundem determinationem ita comparatae sint, ut philosophica potius quam iuridica tractatione opus haberent, partim vero etiam quod instituto meo iam sufficere potuerit hæc sollicite semper & ubique distinxisse, an aliquid odiosum, an vero favorable, an aliiquid non odiosum, an positive favorable sit, & annotasse, quod non solum inter odiosum & favorable detur intermedium quoddam, indifferens scilicet, verum etiam odii & favoris, iuridici diversi dentur gradus, curate subinde distinguendi, potissimum ve-

ro, quod tota hæc distinctio & materia prorsus velut æquivoca omnis-
 que definitionis incapax sit, cum nihil in universo mundo detur,
 quod non diversis respectibus considerari & pro eorum ratione tam
 odiosum, quam favorable dici possit. Ita revisio *odiosa* Cameræ &
 revisio, *favorabilis* autem (BENDER *Concl.* 24. n. 16. & *Concl.* 37.
 n. 92.) vel certe non *odiosa*, Imp. & Imp. legibus, revidentibus & Re-
 visoribus, quibus omne illud odium tollere eiusque reliquias penitus
 eradicare competit. Et licet non penitus assentiar B. CHRIS.
 THOMASIO, cuius *controversia Placciana* notior est, quam ut
 hoc demum loco recenseatur, vid. *Eius insit. iurisprud. Divinæ*
app. L. II. p. 372. & addatur in primis docta & elegans *Diss. philoso-*
phica b. IO. LVD. AHLEFELD, *de favorabilibus & odiosis in*
iure, *Gieff. 1740.* nec non *proemium Diss. IO. LVD. SPANII*
de odiosis in iure, *Gieff. de anno 1746.* de regulis interpretationis
 secundum rectæ rationis dictamen, ex hac distinctione unice solliciti,
 difficultates ramen totius huius doctrinæ vel ideo hic non ob-
 stant, quia mihi de odio revisionis ipsa lege publica diserte sublato
 sermo est. Cum lege itaque hic quoque tutissimus omnes æquivoca-
 tionem istam prementes scopulos feliciter præternavigabo, ad eos me
 sub finem referens, qui ulterius & ex instituto *de odio & favore*, ut IO.
 GE. SIMON, *Jena 1668.* in *Prefatio acad. P. II. p. 292.* de iure odioso
 ut GERH. V. STOECKEN *Arg. 1668.* de *odiosis in iure* ut
 SPANIVS, *de favore iuris* ut FALCKNER, *Jena 1668.* & STOES-
 SER, *de iure favorabili*, *Arg. 1666.* scriperunt. Addantur GVL.
 HE. BRÜCKNERI & FR. GVL. ROMANI *programmata de*
fav. & od. in iure, *Jena & Lipsiae 1707. & 1750.* nec non
 IO. FRID. POLAC *Diss. de noxia & incongrua fav. ac*
odii interpretatione, *Fif. 1728.*



Tübingen, Diss., 1763-67

ULB Halle
005 847 915

3



VD18

TA → OL



Pra. 25. num. 11.

1767 4

23

Farbkarte #13

B.I.G.

Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
Blue																				
Cyan																				
Green																				
Yellow																				
Red																				
Magenta																				
White																				
Black																				

